Poſtq̄ ſyracuſis de ea re rediit nuncius
Adauum puerorū: puerū ſubductū alterū:
Patremq; pueri tarenti eſſe mortuum
Immutat nomen auos huic gemino alteri
Ita illum dilexit: qui ſubreptus eſt alterū.
Illius nomen indit: qui domi eſt
Menechmo idem quod alteri nomen fuit
Et ipſus eodem eſt uocatus nomine
Propterea illius nomen memini facilius
Quia illum clamore uidi flagitarier
Ne mox erretis: iam nūc predico prius
Idem eſt ambobus nomen geminis frīb;
Nūc in epidamnū pedib; redeundū eſt mihi.
Vt hāc rem uobis ex amuſſim diſputem.
Siquis quid ueſtrū epidamnū curari ſibi uelit
Audacter imperato: & dicito ſed ita
Vt det unde curari id poſſit ſibi
Nā n̄ qui n̄o argentū dederit: nugas egerit.
Nā niſi qui dederit: magis maiores nugas egerit
Verū illuc redeo: unde abii. atq; uno aſto in loco
Epidamnenſis ille: quē dudū dixeram
Geminū illū puerū qui ſubripuit alterū.
Ei liberorū niſi diuitie nihil erat
Adoptat illum puerum ſubrepticiū.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. f.%2038r – Anthologia latina (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0172/f.%2038r)